q̃ ſo

meditacio mortis aſſidua Hac vbiq̄
p̃xerit ſecū portz et ĩ et̃nū nõ peccabit
Sit monachus quaſi melchiſedech. ſine
p̃re ſine matre. ſine genealogia. n̄ patrē
ſibi vocet ſup t̃ram. Immo ſic ſe exiſtimet
quaſi ipē ſit ſolus et deus Certe in p̄mis ha-
beris modū et ordīne viuẽdi: ı̄ medium
vero pollicet̃ aſſiduitas tenẽdi capitulū
ſpūale ſupius expreſſū Semel ad minus
in ebdomada cōfiteat̃. vt veniā mereatur
de p̄petratis: et maior ei det̃ gr̃a de vitādis
malis Amen Finis in feſto ſci Jeronimi
Iſta ſt̃ ſcripta ex opib9 ſci bernardi ſʒ vtrum
vera ſint dubium eſt De quatuor gradib9

ſcale ſpiritualis ex dictis bti bernardi a dno petro de aylliaco quodā ep̄o camerateñ et cardinali ti ſci Criſo

Quatuor ſūt ſpūales gradus ſcale.
lectio / meditacio / oracio et con
teplacio / Hi gradus ſūt noibus
et numero ſūt diuiſi ſic ordine et meri
to ſūt diſtincti Eſt aūt lcio ſedula ſcripturaꝝ
cū animi itencione inſpectio / Meditacio eſt
ſtudioſa mētis actio / occulte veritatis noti
ciā / ductu p̃prie racõis inueſtigãs Oracio
eſt deuota mētis in deū itencio / pro malis
remouendis et pro bonis adipiſcendis Conte
placio / eſt mētis in deū ſuſpēſe q̄dā ſup ſe
eleuatio / eterne dulcedinis gaudia deguſtans
Aſſignatis q̃tuor gradiū diſpoſitionib9
reſtat vt eoꝝ c̄ca nos officia videamus
Bte vite dulcedinē / lcio iquirit / medita
inuenit / oro poſtulat / cōteplacio deguſtat
lectio q̄ſi ſolidū cibū ori apponit / meditacio
maſticat et frangit / oro ſaporē acqrit / cōtem
placio eſt ipa dulcedo q̄ iocundat et reficit
lectio in cortice / meditacio in adipe / oro

in desiderii postulacione contemplacio in adepte dul-
cedinis delectacione. Sed ut expressius videri pos-
sit unum de multis supponamus exemplum. In lectione
audio: Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt.
Ecce breve verbum sed suave et multiplici sensu refertum
quod postquam anima diligenter inspexerit dicit intra se: Redibo
ad cor meum et temptabo si forte intelligere et invenire
potero mundiciam hanc. Preciosa enim et desiderabilis
est res ista cuius possessores beati dicuntur, cui visio
dei que est vita eterna promittitur, que tot sacre scripture
testimoniis collaudatur. Hoc igitur sibi plenius expli-
care desiderans excitat racionem ad inquirendum quid sit
et quomodo haberi possit hec adeo preciosa mundicia.
Accedens igitur sedula meditacio interiora penetrat sin-
gula rimatur, attente considerat quod non dixit ~~beati
mundo~~ Beati mundo corpore sed mundo corde. Quia
non sufficit habere manus mundas et innoxias
a malo opere nisi et a malis cogitacionibus munde-
mur in mente, dicente propheta: Quis ascendet in
montem domini: innocens manibus et mundo corde.
Item considerat quantum hanc mundiciam optat idem
propheta sic orans: Cor mundum crea in me deus. Et
postquam hec et multa huiusmodi de cordis mundicia
pertractavit: incipit cogitare de eius premio quam
gloriosum esset videre faciem desideratam domini. cogitat
quod in hac visione erit sacietas illa de qua dicit
propheta. Saciabor cum apparuerit gloria tua. His
anima facibus inflammata, ~~hus~~ huius ~~&~~ incitata desi-
deriis. alabastro fracto suavitatem unguenti
presentire incipit, nondum gustu sed quasi narium
odoratu. et ex hoc colligit quam suave esset huius
mundicie sentire experienciam. cuius meditacio-
ne adeo invenitur esse iocunda. Sed quid faciet
habendi desiderio estuat, et non invenit apud
se quomodo habere possit. et quanto plus inquirit
tanto plus sitit. Dum apponit meditacionem

apponit et dolorē. q2 nō sētit dulcedinē. quia in
cordibus mundicia meditacō ce mostrat. sz nō prat
.o em elegētib a meditātib hāc sentire. nisi
datū fuerit desup. hoc a solo deo ē. q̄ sapie sapo
rē dat. et sapidā aīe fēit sciam Sermo sique
datur cūctis. talis sapia paucis. ¶Vides ergo
aīa q ad desiderata expriēte dulcedinē per se
nō possit attīge. et quāto mag ad cor altum
ascēdit. tāto magis exaltatur deus. humiliat se
et ad orōne cōfugit dicens. Dñe q nō videris
nisi a mundis cordibꝫ. investigaui legēdo. et me
ditādo q sit et quō haberi possit vera cordis
mundicia. vt ea mediāte ul' ex modica pte
possem te cognoscē. qrebā vultū tuū dñe vul
tū tuū dñe rq̄ram Diu meditatꝰ sū in corde
meo. et i meditatiōe mea exardescit ignis et
desideriū āplius cognoscēdi te. Dū panē sacre
scripture m frangis. in fractiōe panis mag cognitus
es. et quāto plus te cognosco. tāto plus te cog
noscē desidero: nō iā in cortice lrē. sz in sensu
experiēcie Nec hoc peto dñe ppt merita mea
sz pro tua mīa. Fateor em q̄ indignus sū peccōr
sz et catelli edunt de micis q cadunt dnōꝝ suoꝝ
Da michi ergo dñe arrā hereditatis future:
saltē guttā celestis pluuie. q refrigeret sitim
meā q2 amore languoo ardeo ¶Hijs at et
huiusmodi ignitis eloquijs suū inflamat deside
riū: sic suū ostēdit affectū: sic sponsa suum
aduocat sponsum Dūs at cuius oculi super iustos
et aures eius ad preces eoꝝ: nō expectat donec
sermonē finierit. sz medium orōnis cursū inter
rumpens: festinus se ~~ingerens~~ ingerit et aīe deside
ranti festinus occurrit. celestis rore dulcedinis cir
cūfusus. vnguētis optimis delibutus. aīam fati
gatā recreat. esurientē reficit. aridā impinguat
facit eā terrenoꝝ obliuisci. et absorptis ab ea
carnalibus motibus supna contēplatiōe totā in

deu͂ conuͤtit. Ubi ergo o dn̄e quo cognoſcemus quā
hoc facis: et qđ ſignū aduent⁹ tui ſentiat huiuſ/
modi conſolaconis et leticie teſtes ſunt ſuſpiria
et lacrime. Siquidem ita eſt: noua eſt iſta antifraſis
et inſitata ſignificacio. Que enim conuencio conſo/
lacionis ad ſuſpiria: leticie ad lacrimas. Sed tamen
iſte dicende ſunt lacrime. et non pocius rores
interioris hominis deſuper infuſi ſuperfluentes habunda
ad interioris ablucionis indicium. et exterioris
hominis purgamentum. O dn̄e ihū ſi adeo ſunt dul
ces iſte lacrime. que ex memoria et deſiderio tui
excitantur. quam dulce eſt gaudium quod ex manifeſta
tui viſitacione capietur. Si adeo dulce eſt flere
pro te: quam dulce erit gaudere de te. Licz autem ſponſus
ſic aduenientes elapſus quandoque ſubtrahit ſe quantum ad
predicta viſitacione quantum ad contemplacionis
dulcedinem. manet tamen preſens quantum ad gubernacionem
quantum ad gracie vnionem. ideo non deſperes. Ideo
o ſponſa ne exiſtimes te contempni ſi paululum
ſubtrahit tibi ſponſus faciem ſuam. Omnia iſta tibi
cooperantur tibi in bonum tibi venit ad conſolacionem
tibi recedit ad cautelam. ne magnitudo reuela
cionis extollat te. ne ſemper apud te ſit incipias ſoda
les contempnere. ne hac continua viſitacione non
iam gracie attribuas. ſed nature. Recedit ergo ne forte nimis
aſſiduus contempnatur. et vt abſens magis deſideretur
deſideratus auidius queratur. diu quaſitus. tandem gracius
inueniatur. Inſuper ne exilium reputemus pro patria
arra pro precij ſumma: venit ſponſus viciſſim
et recedit paululum: permittit nos guſtare quam
ſuauis eſt. et antequam plene ſenciatur. ſe ſubtrahit
et ita quaſi alis expanſis ſuper nos volitans. prouocat
nos ad volandum. ac ſi diceret. Ecce parum guſ
taſtis quam ſuauis ſum et dulcis. ſed ſi vultis ple
ne ſaciari hac dulcedine. currite poſt me

in odore vnguentorum meorum. Sed tamen o ſponſa quando
ſe abſentat a te ſponſus non longe abit. et ſi non vi
debis eum ipſe tamen videt te. Zelotipus eſt ſi forte alium
amatorem receperis. id eſt aliis magis placere ſtudueris
ſtatim diſcedet a te. Delicatus eſt. nobilis. diues. et
ſpecioſus: ideo non niſi ſpecioſam dignatur habere ſponſam
ſi viderit in te maculam. ſtatim auertit oculos ſuos
a te. Caſto quere caſtitatem. verecunda et humilis. vt ſic ab eo
frequenter viſitari merearis. Vt autem que diffuſius dicta
ſunt ſimul melius videantur. predictorum ſummam recapitu
lando colligamus. Ex premiſſis apparet quomodo predicti
gradus ſibi inuicem cohereant. Lectio enim quaſi funda
mentum prior occurrit. et data materia mittit nos
ad meditationem. Meditatio quid appetendum ſit
diligentius querit. et quaſi theſaurum inuenit. Oratio
ſe totis viribus ad deum erigens. impetrat theſau
rum deſiderabilem contemplationis ~~deſiderabile~~ ſua
uitatem. Hec autem adueniens. predictorum trium laborem
remunerat. dum celeſtis rore dulcedinis animam
ſitientem inebriat. Lectio quod eſt ſecundum exterius exercitium.
Meditatio ſecundum interiorem intellectum. Oratio ſecundum deſiderium.
Contemplatio ſuper omnem ſenſum. Primus gradus eſt incipien
tium: ſecundus proficientium. Tertius deuotorum: quartus
beatorum. Hii autem gradus ita concatenati ſunt. et vi
caria opera ſic ſibi inuicem deſeruiunt. quod precedentes ſine
ſubſequentibus nihil aut parum proſunt. ſequentes autem
ſine precedentibus aut raro aut nunquam haberi poſſunt.
Vnde poſſumus colligere quod lectio ſine meditatione
eſt arida: meditatio ſine lectione erronea. Oratio
ſine meditatione tepida: meditatio ſine oratione in
fructuoſa. Oratio ſine deuotione non eſt contemplationis
acquiſitiua. contemplationis adeptio ſine oratione aut
rara eſt aut miraculoſa. Deus enim cuius potentie non
numerus et cuius miſericordia ~~en~~ ſuper omnia opera eius: quandoque
de lapidibus ſuſcitat filios Abrahe. dum duros
et nolentes acquieſcere cogit. vt velint. quandoque non
vocatus ſe ingerit. quandoque non quaeſitus ſe infundit

quod et si aliquando legimus contigisse ut in paulo et in aliis
quibusdam. non tamen ideo debemus et nos quasi deum contemptando
talia presumere. sed facere quod ad nos pertinet. ut per has quatuor
ascensiones graduum. ascendamus de virtute in virtutem. donec
videatur deus deorum in syon. Beatus ille qui sic ascendit. sed
caveat ne post contemplationem istam qua elevatus fuerat
usque in celum. inordinato casu corruat usque ad abyssos
Ne post tantam dei visionem. ad lascivos mundi actus
et carnis illecebras convertatur. Cum vero mentis
humane acies infirma. veri luminis illustrationem diucius
sustinere non poterit. ad aliquem trium graduum per quos
ascenderat. leniter et ordinate descendat. et alternatim
modo in uno. modo in alio. secundum motum liberi arbitrii
pro racione loci et temporis demoretur. tanto tamen ut mihi videtur
deo vicinior. quanto a primo gradu remocior. Sed heu
fragilis et misera humana condicio. ¶ Ecce ductu
racionis et scripturarum testimoniis aperte videmus beate
vite perfectionem in hiis quatuor gradibus contineri.
Sed quis est qui hunc vivendi tramitem teneat. Quis
est hic et laudabimus eum. Velle multis adiacet
perficere autem paucis. Utinam de illis paucis essemus
Sunt autem quatuor cause que nos a predictis gradibus
plerumque retrahunt: scilicet inevitabilis necessitas. honeste
actionis utilitas. humana infirmitas. mundana
vanitas. Prima excusabilis. secunda tolerabilis.
tercia miserabilis. ~~quarta~~ quarta culpabilis. Illis enim
quos hec causa a suo proposito retrahit: melius erat
graciam dei non agnovisse. quam post cognitam retroisse
Sed o domine bone suavis. mitis. dulcis consiliarius
prudens. fortis. quis tam inhumanus est. quis temerarius
qui a te abierit. quia tam humilem tam mansuetum hospitem
a corde suo repellit. qui pravas noxiasque cogita
ciones recipiens. illud secretum cubile spiritus sancti
scilicet secretum cordis sui. quod paulo ante gaudiis
intendebat celestibus tam subito immundis cogitacionibus
quasi porcis conculcandum tradidit Heu heu adhuc
calent in corde sponsi vestigia. et iam intromittit

tritur adulterina desideria (Palato) veniens est
aures q mō audiuerat v̄ba q nō licz hoī
loq. tā cito iclinari ad fabulas ac detractio
nes audiēdas Oculos q mō sacris lacrimis
baptizati erāt. cōfestim cōuerti ad vidēdas
vanitates Lingua q mō dulce epitalamiū
spōse cātauerat. iterū cōuerti ad ꝑ̄uiloq̄a
Absit hoc a nob dn̄e. sꝫ si forte ex hūana
īfirmitate ad talia relabim̄. nō io despem̄
sꝫ iterū recurram̄ ad clemēte medicū et
ipē qui nō vult morte pctōris itez sanabit
nos Oremus g̊ dn̄m. vt ipedimēta q nos
ab ei9 cōtēplacōe retrahūt. in p̄nti nobis
mitiget. et in futuro penit9 auferat. vt diui
ne cōtēplacōis dulcedine. et torrēte volup
tatis indeficiētib replearnur Amē
Explicit de q̄tuor gradibus cōtēplacōis scale
spiritual ex dictis bti bernardi A dn̄o petro
de alyaco quonda epō cameracēn ex
bre cōpendiosiq ac breui9 trāsposita

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
TIFFEN Color Control Patches
Inches
Centimetres
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
© The Tiffen Company, 2007